



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Fernandvs Rebello Societatis Iesv, D. Theologvs, & Academiae Eborensis
Cancellarius, Studioso lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261



FERNANDVS REBELLO
SOCIETATIS IESV, D. THEOLOGVS,

*& Academiae Eborensis Cancellarius,
Stu-oso lectori S.*



Ene erat in praeo praesens opus, quod Blasius Vargas ex Societate nostra in Ioannis Apocalypsim summa cum diligentia per longum tempus apparauerat: cum preueniente Deo anchora iactum praereptus nobis morte fuit immatura, nostro non solum, sed magno etiam literaru detrimeto. Erat enim vir plene admirabilis, neque religionis tantum, sed omnibus Christiani Doctoris numeris absolutissimus. Iudicio quidem peracri, ingenio acuto, linguarum peritia insignis, & in Diuinis literis, vt qui maximè, versatus. Dedit luculentu veritatis huius testimonium Conimbricæ primu, Eboræ deinde, seu cõcionatorem ageret, seu Scripturarum interpretem. Testantur id demum palam quamplurima sacrae paginae volumina, quæ faustis audientium acclamationibus, magnaque nominis celebritate utrobique, praesertim in Academia Eborensi interpretatus publice fuit. Eratque spes fore, vt è tam feraci, secundoque solo vberiores in singulos dies fructus prouenirent: sed in tanto rerum incremento, quæ mors illum medio currentem cursu interceptit, eadem nobis spes illas ingentes, quas spectata eius virtus spectatumque ingenium in omnium animis cõcitauerat, non sine magno doloris sensu praecidit. Ille quidem alacris, & meliori spe plenus ad superos, vt credi par est, ascendit, eorum suscepturus laborum praemia, quos tum concionando, tum Diuinas literas interpretando praecleara non minus sanctitatis, quam sapientie testificatione per multos annos excepit. Nos spe nostra deiecti viteludibria, & humanarum rerum inconstantiam inculsabitur. Quamquam si ad fructum illum, quem ex eius laboribus Lusitania perceperit vniuersa, attendamus, asfirmare iure possimus, sibi parum, nobis verò vixisse multum. Quæ tanta est, vt maior nulla sit, vel vno teste Platone, excellentissimorum Heroum laus, parum sibi, multum verò reliquis vixisse. Solabitur etiam maestum tanti viri desideriu, maeroremque aliqua ex parte leuabit è reliquis eius operibus hoc vnum, quod absolutum iam, & ad tectum, vt aiunt, fastigiumque perductum reliquit. Visum namque est Academiae moderatoribus, praecipue verò Reuerendo admodum Patri nostro Generali Claudio Aquaiua, vt in publicam literatorum vtilitatem excusum, ne fato occumberet eodem, communi hominum luce fieretur. In illius commendatione non est, quod multus sum: qua sit ingenij subtilitate elaboratum: qua claritate conspicuum, quantum denique ex eo Diuini verbi praecognitionibus extare possit emolumentum, lectorum sano iudicium.

EMMA-